

Frabó III 3408.

82

JUBILA post NUBILA,
& è Cruce Lucem,

HUNGARIÆ,

EVCHARISTICO
MICHAELIS FESTO,
propter Christianorum Victorias celebrato,

Ipsâ B. Lutheri Reformationis Memoriam redeunte,

ANNO

qVo VICta MetropoLis BVDA, etSI prIVs seXies petIta, 1086 x

ominatus LIPSIÆ precatur,

M. GABRIEL SCULTETI, Sellecten:
Nob. Hungarus.

LIPSIÆ,

Literis ANDREÆ BALLI





Dlanxerat Ætates, quot tandem Turcica
Buda?

Cynthia decrescens, Crux semi-quinta do-
cent.

Nam Regina, Puer, Monachus, Solymannq; Popellus:
Vix omnes Aurô, tot meruere Cruces.

Altera Septembris recipit, dedit altera Turcæ;
Fulminat ut Septem-Martia Dextra-Virum!

Tradidit invitus, quam Martinus Urbem;
Teutona-Sveco-Vi-Pannonia Turma capit.

Præmia, Serta, Cruces, Lauriq; Tropæa, Colossi,
Istis debentur, Munera grata Viris!

Dicite num Monachus mage, vel Tökôlius erret?
Prodidit, Is nolens; Reddidit, Hicce volens.

Hungariæ pressæ voluit succurrere uterq;:
Deseruit licitum Tutor uterq; modum!

Jura satis Regni tueantur Prisca Fideles,
In quibus, Ambitio Regis iniqua, jacet.

Omnes, Pannoniam defendere jure ligantur,
Christicolæ; Cunctos ægra tuetur, amat.

Rex LEOPOLDUS Jo! Turcarum Castra Triumphet,
Donec in Hungaria Turcica Luna cadat:


Atque Cruces Monachis imponat pondere grandes,
Ne post attingant Sceptra tremenda, manu.

Infans

Infans quæ Stephanus nescivit Rapta tenere;
HEROS JOSEPHUS, mox Data Ritè, geret!
Aurea Crux decorat Stephaneja Turre Viennam,
Exaltatio, quam misit in Astra, Crucis:
Exhilaret solus sed Cor Crucifixus IESUS,
Hinc dolus, indè dolor, si mala Fata ruant.
Ille Lutheranos Reparatum Dogma sequentes,
Vivificat; faciat si niger Ordo cruces.
Heu! malè Christi colæ propriâ Ditione fugantur;
Et propriis meritis sordet Imago Crucis!
In Cruce devicit quia Constantinus & Hostes,
Et Crucis Hostes hâc, nunc superare datur.
Parvula Turba licet, metuas nîl spicula Turcæ;
Dulcia plus Papæ, blandula Verba cave!
Aurea Pax redeat vastatas donec in Oras,
Jubila perpetuò BUDA recepta canat!
Aurea Libertas totâ Regione resurgat:
Absque Fide Concors non bene Palma viret!
Aurea Tempia DE pateant reclusa Lutherò,
Qui Christi docuit Dogmata vera, Crucem!
Quod sit ut, Alma Trias, inflectas Corda Potentùm,
Convenient citiùs Mollia Dura simul!
Audi, quæso Preces Nostras, quas fundimus uno
Pectore, Pannoniam vise revise Tuam!
Ne Cruce sic Duplici privetur ab Æthere missa,
Terra: Trias, reddas quod fuit antè Tuum!
Denique *Saxonica Ruta Viridantis in Umbra,*
Pro Patria peregrè, jungimus ora Piis!

Tempus

Tempus in æternum florebit Fama Lutheri,
Nixa D EI Verbis, Unica, certa Fides!
Tempus in æternum memorabimus Orbe quotannis,
Restauratæ Hodiè Relligionis opus!
Tempus in æternum resonabimus ore precanti,
Devotas grates auxiliante DEO!




Infans natus, quod dicitur in libro
Regum hoc est, in regno
Sed ego non habeo, sed, in libro
Leviticus dicitur, in libro
Sed in libro, quod dicitur in libro
Si vis, in libro, in libro
Nulla in libro, in libro
Natus in libro, in libro
in libro, in libro
Eodem in libro, in libro

Umg. VI 6

VD 77





B.I.G.

Farbkarte #13

Trabo III 3408.

ost NUBILA,
uce Lucem,

82

MARIAE,

**RISTICO
LIS FESTO,**

um Victorias celebrato,

ationis Memoria redeunte,

ANNO

MDa, et si priVs sexles petita,

1086 x

PSIA precatur,

CULTETI, Sellectens
o, Hungarus.

**PSIAE,
REAE BALLI**